

Zb

7200



AK 58. (10)

IV, 34



Ad

Mortalitatem immortalem

Viri quondam

Nobilissimi, Præcellentissimi atq;

Amplissimi

D O M I N I

M. GODOFREDI

HOFFMANNI

Rectoris Gymnasii Zittaviensis

virtute, eruditione & meritis

undique celeberrimi

altero ab emortuali die

3. videlicet Octobris Anni MDCCXV.

ab hora matutina octava

in Auditorio Gymnasii primario

affectu pio recolendam

SPLENDIDISSIMOS ZITTA-  
VIAE PROCERES

Literarumque mansuetiorum

vel PATRONOS vel AMICOS omnes

mente devota, officiosa ac amica

invitata

Jo. Christ. Wenzel/ D.

Director.

Z I T T A V I A E,

Charactere Michaelis Hartmanni





Uod Poëta Sulmonensis de temporis sui moribus  
conqueritur, id Zittavia nostra anno præsentis sécu-  
li duodecimo, voce tristi & quasi fatali, repetere co-  
gehatur. Quotusquisq; enim inter eos, qui in floren-  
tissima hac civitate vel virtutes amant, vel literis me-  
lioribus favent, funus Nobilissimi quondam Viri,  
*Domini Godofredi Hoffmanni*, Gymnasii hujatis  
Rectoris immortaliter meriti, sub hæc ipsa Octobris initia, animo tam  
confirmato prosequebatur, ut inter lamentationes illas publicas non  
subinde exclamaret:

Ov. II. de pont. 5. 5. *Candor In hoc aero res Inter Mortuorum!*

Niger planc & atro loliginis succo infectus sit, oportet, qui candorem  
beati Hoffmani, non dicam inficiari, sed in dubium vocare audeat? Si  
quis enim pietatem sinceram, si fidem & ignem pro honore Numi-  
nis ζηλον, astimatione vera metiri velit, cur ore Mantuani non fateatur

*Lacteus appetet missus cum sanguine Candor.*

An vero spes erectissimæ mentis inconculsa, cum fiducia nullis ad-  
versitatibus ventis aut tempestatibus cedente, verbis illis Pontani notari  
non mercatur

*Nitet in mediis argenteus undis.*

Purissimus denique aliorum hominum amor, quem promta cuvis pro  
facultatibus deserviendi alacritas, seu vividus quidam vigor, comitaba-  
tur, pridem à Nasone laudato descripta videtur, qui miratur

*In niveo missum candore ruborem.*

Si felicia sunt, quæ candida, sane vel solo hoc nomine candidus appelle-  
lari mercatur Hoffmannus, utpote qui per universum ætatum suarum  
decussum, maxime omnium vero in ipsa munera scholastici nocte &  
nigrore, fortuna utebatur candidissima. Cum præsto ubique esset Nu-  
minis divini gratia, cogitatisque ejus ac factis opem, consilia ac succes-  
sus invidendos misceret, quis mirabitur, ipsi tot candidos semper ivisse  
dies! Qui favorem Magnatum, Patronorumque benevolentiam, qui ci-  
vitatis universæ applauum, qui famam per ora virum volitatem, qui  
excitata per orbem literatum virtutis & eruditioñis tropæa, qui utriusq;  
conjugii tranquillitatem, qui filiorum ad quosvis honores felicissime  
gratiantur progressus, qui denique discentium amorem, cultum, ve-  
nerationem & obsequia rectius expendit, sat cause sibi subministrari  
intelligit, Hoffmannum nostrum Gallinæ filium albæ appellitandi. Ve-  
rum enim vero, ut Qvidius nostram in Hoffmanno jacturam; sic Vir-  
gilius resultantem ex illa luctum subinnuisse videtur, dum infinitus

Virg. lib. I. Georg. v. 13. *Magno tellus perclusa tridenti.*

Di-

Dices, majora hoc anno hinc inde facta sunt, luctum publicum mere-  
tia, quam ut illis attendamus, quæ Zittaviæ contigerunt. Gallia ma-  
gno fati percutiebatur tridenti, cum binos juventutis principes in spem  
regni natos (*Delphinos* natio vocat) letho nimis præcoci mersos vide-  
ret, ut de sexus sequioris funeribus nihil moneam. *Vendomium*, virum  
illum non minus acrem consilio, quam manu strenuum, idem annus  
ad castra silentum abire jussit. Et cui non dictus fuit illætabilis *Cati-*  
*nati*, castrorum Gallicorum præfecti, obius? Sed nec Germaniae no-  
stræ duri vis fati pepercit. Vix dum inaruerunt lacrymæ, quas CHRI-  
STIANI ERNESTI Marchionis Brandenburgici decessus suis expre-  
sic. Ut *Domus Lichtensteina* Principem, & *Hanovia Reinhardum*  
suum, sic aula Borudica caput Purpuratorum, *Jo. Casimir. Kolbium*, Co-  
mitem *Wartenbergum*, sibi eropos esse, conqueruntur. Et cur non  
dicam *Pflugum* *Dresdæ* suæ, quid? quod universæ Saxonie tristissi-  
mum sui desiderium reliquisse? Federatis *Duacum*, *Querchetum*, *Bu-*  
*chanium* & loca munita alia eripiebantur. *Albemarlius* prelio infeli-  
ci res eorundam immane quantum accidebat. Angli à Gallis corru-  
pti & suam & sociorum viætorias corrumpebant, *Helvetios* fratribus  
Cadmæorum instar vulnere mutuo se jugulantes videbamus. *Episcopatu-*  
*s Bremensis* cum urbe *Stada* Danis cedebat. Pontifex Romanus cum  
*Lusitanis* pariter & *Sabaudis* contentioñis acerrime ferram recipro-  
care coepit. Et, o bone Deus, quot incendia sœviere, quibus magna pars  
orbis exusta est, *Moschis* præcipue cladem eam sentientibus! Ad per-  
niciem *Holstiae* vero non sufficiebat, armis hostilibus eam concuti, nisi  
& lues peltifera internecinam adderet symbolam. An autem arbitra-  
mini, solum orbem civilem dignum esse, cuius fata deploremus?  
Ipse etiam literarius mundus, sine quo ille æternis submersus jaceret te-  
nebris, damna ea passus est, quæ si non lacrymas, gemitus tamen omni-  
um merentur. Quantum *Grunbergio* Rostochium, Kilonium *Opito*,  
*Meiero* Gryphisvalda, Lipsia *Schello*, *Diecmanno* Brehma, & *Paullino*  
denique Iseqnacum debuerint, sero cheu expertæ fuerunt, quarum felici-  
tati illustria hæc sidera fulserant. Verum quanta quanta hæc sunt, non  
mentiar tamen, si Zittaviam in optimo suo *Hoffmanno* perdidisse dixer-  
o, quod literis æque atris ac luridis annalibus ipsius inscribendum ve-  
niat. Tellus Heliconia, publica inquam virtutum ac literarum pale-  
stra, tanto concutiebatur tridenti, ut, nescio per quam undulationem  
(cum naturæ consultis loquor) nonnihil motuum fatalium ad *Oster-*  
*landorum* quoque & *Tyrigetarum* Pindos penetraret. Quodsi quis  
damna illa, quæ in scholam nostram per sex integros menses *αιτθαλον*  
redundaverunt, proprius intuebitur, sibi vix temperabit, quin exclamet:  
*Magnu teLLV's perCVssa trIDentI.*

Idem

FK2b 7200

Idem Maro interim, qui telluri percussæ quasi indoluerat, causam doloris effato alio mitigare videtur. Quod enim ille de Principe Trojano, id nos de Hoffmanno mortalitatem exuenti vere pronunciamus:

Virg. LÆN.v. 316. *GraditVR CoMItatVs Achate*

Nomen illud fidissimi inter Aeneas socios, adeo placere coepit posteritati, ut hodie quemvis probatae fidei ac constantiae amicum eo insignire gestiamus. Sed quis, quælo, amicorum omnium est, cuius vel vehementior in amore flagrantia, vel immotior in adhaerenjo constantia dici possit, quam amicus noster mysticus, JESUS CHRISTUS? Prout itaque beatus noster Hoffmannus cum cœlesti hoc Achate, non solum universum vivendi spatiū feliciter emensus, sed & in qvibusvis demandatorum munerum atqve officii Christiani partibus, laudabiliter progressus fuerat, eo comitante res omnes prosperrime gerens: sic tandem per ipsa mortis deserta, cum JESU suo gradiens, ad amoenissimam aeternitatis porticum penetravit, in qua non Zeno aliquis Zittiensis, non doctores Scholasticorum Seraphici, sed ipsi Sanctissimi Seraphim, scholas laudum divinarum aperiunt. Ast enim vero tanta Hoffmanni nostri post facta felicitas Zittaviam non impedit, quo minus *intermortuum candorem, percussamqve tridente ferali tellurem, pietate anniverlaria repetat.* Cum itaqve Vir optimus prima vice sub *felicis aulic,* superiori anno vero *fontis salubris* imagine à nobis spectatus fuerit, nunc eodem officio functuri mortalitatem ejus *immortalem,* versu latino heroico, non breviter minus, quam, (qua nostra est tenuitas) filo perquam simplici & soloci depingemus. Ne autem scopo nostro honesto infelicitter excidamus, inani soliditudini memoriam Hoffmannianam commendantes: Vos *Splendidissimos Zittavia Proceres,* literarumque meliorum, quotquot heic vivunt, vel *Patronos vel Amicos,* prece submissa & peramante exoro, ut gravissima vestra & exoptatissima præsentia benevolè refarcire dignemini, quæ in oratore infacundo deficere intelletis.

P.P. Zittavia d. 2 Oct. 1715.



Pon 26 7200, FK



3

f

VD 18

O-  
O-  
ia-  
  
ta-  
ire  
ne-  
ici  
ye  
er-  
da-  
el-  
per  
ini-  
to-  
au-  
fa-  
em,  
stat.  
no  
of  
co,  
m-  
ici-  
en-  
lio-  
issa-  
ntia-  
tel-  
  
01  
sm  
uff  
02  
w1  
ib  
bo1  
  
Vt



AR 58. (10)

IV, 34  
Zb  
7200

Ad

Mortalitatem immortalem

Viri quondam

Nobilissimi, Præcellentissimi atq;  
Amplissimi

D O M I N I

M. GODOFREDI

HOFFMANNI

Gymnasii Zittaviensis

eruditione & meritis

diquaque celeberrimi

ter ab emortuali die

Octobris Anni MDCCXV.

hora matutina octava

orio Gymnasi primario

cctu pio recolendam.

DISSIMOS ZITTA-  
PROCERES

mque mansuetiorum

NOS vel AMICOS omnes

evora, officiosa ac amica

invitat

Christ. Wenzel/ D.

Director.

T T A V I Æ,

re Michaelis Hartmanni.



Farbkarte #13

